

Documents

pour servir à l'histoire médiévale

de la

province augustinienne de Cologne

Extraits des registres des prieurs généraux
(1357-1506)

(suite) (*)

Sylvestre de Balneoreggio⁵¹⁵⁾

1485

909

Rome, 17 Iulii 1485

Locavimus pro studente de gratia speciali in conventu et studio nostro venetiarum fratrem Iohannem de varch.

Dd 8, f. 64r (75r)

910

Rome, 15 Aug. 1485

Reposuimus pro lectore in conventu et studio nostro venetiarum fratrem Iohannem de provincia colonie.

Ibid.

911

Rome, 29 Aug. 1485

Concessimus licentiam fratri Laurentio christiani middelburgensi

*) Voir *Augustiniana* IX (1959), 202-220, 339-356, 431-477; X (1960), 115-177, 297-327, 424-461; XI (1961), 181-224.

⁵¹⁵⁾ Sylvestre de Balneoreggio, vicaire général de l'Ordre après le décès d'Ambroise de Cora († 17 mai 1485), mourait déjà de la peste à Viterbe, le 21 septembre 1485. Voir *An. Aug.* VII, 352-353 et D. PERINI, o. c., t. I, pp. 84-85.

cursori, ut sub regente conventus nostri parisiensis possit legere et facere cursus ⁵¹⁶). Deinde in eodem conventu et studio pro studente locavimus et hoc intelligebamus si recte et iuste fieri posset.

Dd 8, f. 79r (90r)

912

Rome, 7 Sept. 1485

Locavimus de speciali gratia pro studente in conventu et studio nostro neapolitano fratrem Gothfredum.

Dd 8, f. 64r (75r)

Anselme de Montefalco ⁵¹⁷)

1485-1495

913

Rome, 16 Dec. 1485

Misimus literas patentes per fratrem ubertum laicum ad magistrum Iohannem Godhebdel, provincialem provincie colonie, et ad alios provinciales maxime convicinos, notificantes de vicariatu nostro cum copia brevis et notificantes de capitulo generali celebrando senis in festo penthecostes 1486 ⁵¹⁸) ac etiam mandantes ut venirent secundum nostre statuta religionis, et ut providerent quelibet provincia, ut si opus esset, posset unam cathedram retinere, et venirent cum numero et ornatu debito ad honorandum religionem secundum voluntatem R.mi protectoris ⁵¹⁹), qui capitulo interesse intendit.

Dd 8, f. 64r (75r)

(An. Aug. VII, 355)

⁵¹⁶) Il étudia d'abord à Louvain où son nom est rapporté dans le Matricule de l'Université à la date du 10 avril 1481. Cf. J. WILS, *Matricule*, t. II, p. 434: « Frat. Laurencius, filius Cristiani de Middelborch, Augustinensis, Traj. dioc. ». Le doc. 864 le concerne aussi.

⁵¹⁷) Anselme de Montefalco fut nommé vicaire général de l'Ordre, le 2 décembre 1485, par le pape Innocent VIII. Il fut élu général au chapitre de Sienne (1486) et réélu au chapitre de Rome en 1491. Marianus de Genazzano lui succéda en septembre 1495 comme vicaire général. Mort à Rome en janvier 1496. Voir An. Aug. VII, 340-378, 428-455.

⁵¹⁸) Un certain fr. Cornelius, lecteur, assista au chapitre général de Sienne en 1486 en sa qualité de définiteur de la province de Cologne. Voir An. Aug. VII, 343.

⁵¹⁹) Le Cardinal Raphaël Riarius, protecteur de l'Ordre, étant empêché d'assister au chapitre général de Sienne en 1486, celui-ci fut présidé par le chanoine Jean Lupi, protonotaire apostolique et doyen de Ségovie. Voir An. Aug. VII, 359.

914 Senis, in capitulo generali (= 14 Maii 1486)

Concessimus fratri Iohanni schinchen de conventu coloniensi, quod possit stare in conventu et extra conventum, prout sibi videbitur oportunum.

Ibid.

915 Ibidem

Concessimus Magistro Georgio, conventus Brugensis ⁵²⁰), [quod] posset habere servitorem cum exemptione a comuni tabula conventualium sine gravamine conventus.

Ibid.

916 Ibidem

Concessimus fratri Iohanni domborch ⁵²¹) supriori ac fratri christiano de tolnis ⁵²²) procuratori conventus medelburgensis, quod possint gaudere gratiis lectorum.

Ibid.

917 Ibidem

Dedimus litteras vicariatus in capitulo provinciali provincie colonie, in quibus fecimus vicarium nostrum in primo loco Magistrum gerardum de conventu aselensi ⁵²³), in 2° Magistrum georgium Bavais conventus brugensis, in 3° loco Magistrum petrum Mebel ⁵²⁴).

Ibid.

⁵²⁰) Georges Bavais. Cf. note 401.

⁵²¹) Jean Domburch, du couvent de Middelbourg (voir aussi le doc. 724), est mentionné comme sous-prieur du nouveau couvent de la Congrégation de Saxe à Haarlem, le 6 août 1494. Voir l'accord passé avec les membres de la gilde de St. Jacques à Haarlem: « Wij broeder Nicolaes Otten van Stendal, leesmeester der heyliger Schrift, prior, Broeder Jan Domburch supprior, Broeder Constantyn senior, Broeder Geraert sacrista, Broeder Harper van Dordrecht procurator, ende voirt dat gehele ende gemeene Convent vanden nyeuwen Cloester der heremiten van Sinte Augustyns oirde vander reformatien ende observantie in Sint Jacobs kerke over die Spairne binnen der stede van Hairlem... » (Inventaris, Gemeente Archief, Haarlem, I, 1994). Voir également H. F. VAN HEUSSEN, *Historia episcopatus Harlemensis*. Antverpiae 1733, p. 34.

⁵²²) Tolen, île et petite ville de Zélande.

⁵²³) Ms.: *ierardum*. Gérard Tilman du couvent de Hasselt. Voir sur lui la note 446.

⁵²⁴) Pierre Meebele du couvent de Bruges. Cf. note 463.

918

Senis, 23 Maii 1486

Comissimus priori et patribus conventus lovaniensis, ut pitationem quotidianam conferant fratri Iohanni vormier⁵²⁵⁾.

Dd 8, f. 63v (74v)

919

Prati, 26 Iulii 1486

Collocavimus fratrem Albertum petri de dordraco in conventu et studio nostro Andegavensi facientes eum bacchalarium formatum sicut fuerat per nostrum predecessorem magistrum Ambrosium de chora, sicut apparet per litteras suas registratas E, fo. 69⁵²⁶⁾.

Dd 8, f. 64r (75r)

920

Prati, 13 Aug. 1486

Commisimus provinciali colonie de quodam fratre friderico apostata, ut auctoritate nostra ipsum reciperet salva ordinis disciplina, si non posset eum remittere ad provinciam suam.

*Ibid.***921**

Rome, 20 Oct. 1486

Condescendimus quod frater Iacobus Adriani milbrich⁵²⁷⁾ rediret ad provinciam, quia dicebat se fuisse expuliatum bonis que secum deferebat ad italiam studendi gratia.

*Ibid.***922**

Rome, 31 Ian. 1487

Remisimus fratrem modestum de alamania⁵²⁸⁾ ad congregationem Sancti Iohannis de Carbonaria, cuius est professus, decernentes, quod si qua pena esset infligenda, reservaretur quousque nos illuc iremus vel aliter provideremus.

Dd 8, f. 240v (256v)

923

Rome, 17 Febr. 1487

Locavimus pro studente in conventu perusino seu senensi, si

⁵²⁵⁾ Ce texte a été ajouté au bas de la page par une main postérieure.

⁵²⁶⁾ Dd 7, f. 68v. Voir doc. 880.

⁵²⁷⁾ Milbrich = Middelbourg ?

⁵²⁸⁾ Modeste de Gueldre. Consultez les doc. 612, 703, 892, 906, 948, 964 et 966.

posset recipi, fratrem Albertum Xanctis ⁵²⁹⁾ vel in alio studio, ubi posset recipi.

Dd 8, f. 64r (75r)

924

Neapoli, 20 Martii 1487

Concessimus litteras patentes fratri Iohanni lefevere brugensi de sua absolutione ab apostasia ⁵³⁰⁾. Qui frater Iohannes fugerat carceres et fugerat in habitu secularis et remota omni cavillatione declaravimus ipsum esse absolutum.

Dd 8, f. 64v (75v)

925

Eodem die

Scripsimus ad conventum brugensem qualiter absolveramus fratrem Iohannem lefevere ab apostasia et a fractione ⁵³¹⁾ carceris et quod absolutum remittebamus ipsum ad eos et recipiendum et qualiter acceperamus ipsos non bene et honeste vivere, hortantes eos ad vitam honestam et observantiam mandatorum nostri ordinis. Precipimus specialiter priori sub pena privationis prioratus, quod semel in septimana cantetur tota regula et sub silentio audiatur.

Ibid.

926

Eodem die

Scripsimus ad capitulum hoc est ad vicarium, provinciale, diffinitores capituli proxime futuri, quod viderent controversiam ver-

⁵²⁹⁾ Voir également le doc. 934.

⁵³⁰⁾ Voir Dd 8, f. 64r (75r): copie d'une lettre du 12 octobre 1485, écrite par Guillaume de Massenhove, prieur à Bruges, en faveur de Jean Lefèvre: « Frater Guiliemus de Massenhove, sacre theologie humilis professor nec non prior indignus conventus brugensis or[dinis] f[ratrum] H[eremitarum] s[ancti] a[ugustini], ceterique patres magistri nostri ac fratres eiusdem ordinis et conventus. Ob certas causas pregnantisque rationes patri R.mo vel eius vicario per te tui ex parte enodandas te fratrem Iohannem lefevre eiusdem ordinis et voti, presentium latorem ad prelibatum R.mum patrem vel eius vicarium harum serie transmittimus, ut beneficium reconciliationis ac absolutionis tuis ab excessibus sua gratia obtinere valeas, hisque peractis instanter eundem obnixius deprecando, ut tibi de aliquo loco extra provinciam colonie providere dignetur, ubi quietius ac melius deo famulari posses ad nos minime per annos quatuor revertendo. Datum in nostro conventu brugensi anno domini 1485, die vero 12 mensis octobris, prioratus sub sigillo.

f. g. de Massanova.

⁵³¹⁾ Ms: *fratione*.

santem inter conventum brugensem et fratrem Iohannem lefevere et quod cogerent utramque partem ad eligendum unum iudicem pro qualibet, qui simul cum provinciali noviter creato videant causas eorum scilicet conventus brugensis et predicti fratris Iohannis et inter eos iudicent super hoc, quod si iuste amoverint a⁵³²) conventu ipsum fratrem Iohannem sit ammotus, si autem iniuste remittant ipsum ad conventum sue nativitatis brugensem aggravantes conscientias eorum.

Item quod reformarentur conventus sue provincie etiam qui generales dicuntur, precipue brugensis, auctoritate nostra per eorum capitulum et provincialem qui fuerit, non obstantibus quibuscumque etc.

Ibid.

927

Viterbii, 14 Iulii 1487

Concessimus licentiam fratri petro de Spira eundi ad provinciam colonie et immorandi in illa provincia et in loco, in quo provincialis ipsius provincie locasset, dantes auctoritatem ipsi provinciali illum absolvendi ab omnibus excessibus ad quos se extendebat auctoritas nostra et promovendi eum ad studium si cognovisset illum aptum literis.

Dd 8, f. 195r (211r)

928

Rome, 9 Aug. 1487

Dedimus licentiam fratri Iohanni gruter redeundi ad provinciam suam, commendantes eum suo provinciali eo quod bene vixisset in ytaliam multis annis.

Dd 8, f. 64v (75v)

929

Rome, 29 Nov. 1487

Concessimus licentiam fratri Gillermo de lille sacerdoti, ut possit redire ad patriam suam post octavam pasce et expeditis negociis suis possit ad italiam, si sibi videbitur, redire.

Ibid.

930

Rome, 1 Dec. 1487

Locavimus in bacchalarium formatum fratrem Albertum petri

⁵³²) Ms: *ad*.

vel cesaris de dordracō in studio nostro tholosano vel avinionensi ad perficiendum cursus suos usque ad magisterium inclusive ad libitum suum suscipiendum.

Ibid.

931

Rome, 7 Martii 1488

Absolvimus ab omni officio et onere ordinis fratrem henricum gans de Asasselt ⁵³³), laycum professum et conversum dicti conventus, nolentes quod posset cogi per aliquem nobis inferiorem nisi de suo beneplacito, et hoc propter senium et graves infirmitates, quas patiebatur. Volentes etiam quod posset stare in cellula sua cum uno servitore non requisito quoquam nobis inferiore, et quod non deberet prepediri ab aliquo sub pena nostre rebellionis.

Ibid.

932

Rome, 24 Apr. 1488

Dedimus litteras fratri Reinero de hac provincia, ut possit ire ad studium nostrum ariminense eo quia asseruit esse ibi quemdam lectorem in quo plurimum confidebat. Sed declaravimus manu propria quod non discederet de conventu senensi sine prioris licentia nec etiam postea a conventu ariminensi sine eiusdem licentia in scriptis habita et quod si inde discederet eum puniremus.

Ibid.

933

Rome, 8 Aug. 1488

Scripsimus ad conventum brugensem, qualiter frater Iohannes fever propter quamdam suam infirmitatem et etiam ut posset subvenire cuidam sorori sue, que multa exposuit propter eum, querebat eximi ab ordine et nos concordavimus eum taliter. Et sic mandavimus conventui, ut aut retineant eum in conventu et tunc dabamus sibi gratias unius cursoris, quia supplicaverat nobis ut confirmaremus gratias lectorum, quas habuit a predecessore nostro magistro Iacobo de aquila sicut vidimus in registro, aut quod provincialis etiam nostra

⁵³³) Selon N. DE TOMBEUR, *Prov. Belg. descriptio*, ms. t. IV, p. 323 le frère convers Henri Gans était déjà mort de la peste en son couvent de Hasselt le 11 août 1483 où il assumait longtemps la charge d'économe. La même année, sept pères du couvent de Hasselt mouraient également de la peste: Maurice Loterdorp, Arnould de Steyvoirt (= Stevoort-lez-Hasselt), Arnould Morsels, prieur, Matthias de Elsrack (voir sur lui le doc. 593), Jean de Heusden (près Zolder), Jean Hoeyken et Nicolas Dierix.

auctoritate concederet sibi posse officiare in aliqua capella, aut quod conventus restituat sibi bona sua et excorporetur a conventu et dent sibi licentiam, ut possit incorporari in alio conventu. Et dedimus dicto fratri Iohanni copiam ipsarum litterarum in patentibus nostris ⁵³⁴).

Ibid.

934

Eadem die

Concessimus fratri Alberti sanctis, ut possit redire ad provinciam. Volentes ut prosequatur studium in quocumque loco videbitur sibi commodum.

Ibid.

935

Florentie, 19 Sept. 1489

Scripsimus conventui tornacensi, qualiter fratres conventus angiensis conquerebantur de eis et specialiter de priore, quod visiterit terminos ipsorum contra concordiam et pactionem habitam inter eos, cuius tenorem in nostris literis inseruimus una cum confirmatione magistri Gulielmi olim generalis et predecessoris nostri ⁵³⁵), quam ei nos confirmavimus et mandavimus omnibus cuiuscumque gradus et conditionis existant ultra penas taxatas in contractu, ut omnes eam observarent sub pena privationis omnium graduum sui gradus et sub pena privationis vocis active et passive donec per aliquod capitulum generale aut per nos cum talibus fuerit dispensatum. Et quia prior adiudicata pertubavit, mandavimus ei ut infra mensem a notitia nostrarum litterarum debeat integre restituere conventui angiensi quicquid per eum receptum fuerit in dictis terminis, quod si facere contemserit, declarabamus eum privatum voce activa et passiva et gratias sui gradus. Volentes etiam quod conventus debeat solvere conventui angiensi illam quantitatem marcharum, que expressa est in contractu. Si autem fratres conventus angiensis innovaverint aliquid in conventum ⁵³⁶) tornacensem deberent nobis id significare et eis administremus iustitiam.

Dd 8, f. 80r (91r)

⁵³⁴) Dans la marge, la même main ajoute : « Credo quod per errorem sint signate a carta 61, quia non habebamus nobiscum Registrum ». Voir Dd 7, f. 66r = doc. 827.

⁵³⁵) Voir la note 365.

⁵³⁶) Ms: *conventu*.

936

Florentie, 20 Sept. 1488

Scripsimus conventui angiensi, qualiter scripsimus conventui tornacensi, approbando et confirmando supradictam conventionem factam inter eos per generalem Gulielmum nostrum predecessorem et hortati sumus eos, ut procedant mature et cum religionis honestate et fraterna caritate ne eveniant scandala.

Ibid.

937

Cesene, 14 Oct. 1488

Dedimus licentiam fratri Rainerio studenti in conventu ariminesi, ut possit redire ad provinciam suam eo quia exposuit nobis plurimum vexari a diversis infirmitatibus et commendavimus eum patribus provincie sue.

Dd 8, f. 65r (76r)

938

Bononie, 5 Nov. 1488

Commisimus venerabili magistro Gerardo hergaert, ut nostra auctoritate visitet in omnibus et per omnia conventum nostrum brugensem seu de brugis et ipsum reformet sicut sibi videbitur oportu-num, mandantes ei ut quamprimum comode poterit illuc ad istam commissionem exequendam accedat et possit [si] sibi videbitur accipere secum unum socium ad suum beneplacitum et quod possit invocare brachium seculare servatis terminis iuris. Et quod visitationes redigat in scriptis. Item quod possit privare priorem, si secundum ordinis statuta sua demerita id exigant, et quod possit de novo providere. Item quia fuit nobis supplicatum, ut concederemus gradum biblicatus fratri Antonio concilii ⁵³⁷), commisimus id agendum vel non agendum suo iudicio et fidei, in ceteris autem gradibus conferendis reservando nobis commisimus tamen quod possit privare seu subspendere quoscumque graduatos si sua demerita taliter iudicaverint esse puniendos. Et mandavimus ei ut adverteret circa receptionem fratrum aut professionem aut circa concessionem camerarum et generaliter in quacumque concessione seu distributione facta vel fienda in ipso conventu nec comictatur simonia vel aliquid simoniacum. Item quod provideret quod questus seu termini dicti

⁵³⁷) Antoine Consilii (Raedt), du couvent de Bruges, où il exerça pendant plusieurs années la fonction de prieur, fut provincial de la province de Cologne de 1509 à 1512 et de 1517 à 1521. Il décéda à Bruges le 22 avril 1527. Pour de plus amples détails sur sa vie, cf. A. KEELHOFF, *Histoire*, pp. 201-202.

conventus fient modo debito et rite et hanc nostram commissionem ei factam volumus, quod duret usque ad capitulum generale futurum nisi aliter per litteras nostras ei innotuerit nos disposuisse. Declaramus tamen quod nolebamus, quod derogaretur modo aliquo auctoritati ordinarie provincialis in visitando dictum locum, et quod nec etiam provincialis debeat impedire per eum disposita. Mandavimus etiam priori, magistris et omnibus fratribus cuiuscumque conditionis sub pena nostre rebellionis et sub penis, quas ipse nostra auctoritate canonice inflixerit, ut ei omnes tamquam nobis obediant. Et iniunximus ei, ut ipse imprimis se conferret ex parte nostra ad vexilliferum et ad leges universitatis et comunitatis brugis et eis commendaret nos et religionem et hanc commissionem supplicando etiam ex parte nostra, ut ipsi eidem dicti conventus reformationi assisterent. Et ad omnes cavillationes removendas adiunximus in fine manu propria, qualiter faciebamus eum nostrum vicarium super dicto conventu, auctoritate ordinaria provincialis in sua firmitate manente, ut in omnibus preterquam in gradibus conferendis auctoritate nostra fungeretur non obstantibus quibuscumque per nos disponibilibus.

Ibid.

939

Eadem die

Scripsimus eidem qualiter post datam ad eum nostram commissionem vidimus quamdam⁵³⁸⁾ licentiam prioris brugensis datam fratri francisco thisman, lectori, latori nostrarum litterarum, dirigentis ipsum ad provincialem, quia lamentabatur de eo de quodam libello facto et de quodam iuniori et commisimus ipsi magistro Gerardo, ut ipsi lectori faceret ius etiam castigando eum si mereretur, et adiunximus manu nostra ut posset pro reformatione dicti conventus assumere fratres oportunos ex quocumque loco ipse iudicaverit absque contradictione alicuius nostri inferioris et similiter eos remove, qui sunt.

Ibid.

940

Eadem die

Scripsimus ad priorem conventus brugensis⁵³⁹⁾, qualiter commisimus vices nostras ad reformationem conventus brugensis pro eorum emendatione, si vera sunt que relata sunt et pro eorum purga-

⁵³⁸⁾ Ms: *quadam*.

⁵³⁹⁾ Pierre Meebeele. Voir note 463.

tione, si vera non sint, magistro Gerardo hergaert, mandates ei [ut] ipsum magistrum reciperet, ut decet, ne eveniant peiora etiam a curia romana in qua dominus episcopus tornacensis ⁵⁴⁰⁾ est magnus dominus, qui et multa nobis fuisse sibi relata de dicto conventu non religioso statui decentia.

Ibid.

941

Mediolani, 28 Apr. 1489

Scripsimus fratri Gerardo, lectori, qualiter prior ⁵⁴¹⁾ brugensis venit ad nos cum litteris communitatis omnium mendicantium et multorum priorum nostri ordinis asserentium locum illum super quo dedimus sibi commissionem bene gubernari et qualiter prior plurimum gravari videbatur de tali visitatione propter expensas et ideo inhibuimus ei, ut a tali visitatione abstineat donec per nos fuerit magis distincte certificatus. Item scripsimus quia omnino volebamus fieri capitulum provincie et quod oppinabamur provincialem censuris illaqueatum ⁵⁴²⁾ esse eo quia tantum distulit ipsum celebrare et quod super hoc aliter nunc non scribebamus, quia in dies super hoc expectabamus quedam responsa a R.mo protectore. Item iniunximus ut scriberet provinciali, ut omnino micteret nobis collectam, aliter procederemus in eum cum censuris. Item confirmavimus sibi gratias, quas concessit sibi magister ambrosius in capitulo perusino, dummodo sit in pacifica possessione, et similiter confirmavimus sibi auctoritatem confitendi prout magister Ambrosius sibi concessit dummodo sui prelati seu prelati provincie ad id non contradicant expresse. Item commisimus sibi, ut instituat regentem in studio coloniensi et alia oportuna quousque erit provincialis vicarius. Item concessimus, ut ipse et provincialis coniunctim vel divisim possint recipere locum in leodio ⁵⁴³⁾ prout scribit fuisse determinatum in

⁵⁴⁰⁾ Antoniottus Pallavicini, cardinal-archevêque de Vintimille, appelé au siège épiscopal de Tournai par le pape Innocent VIII, était dans l'impossibilité de prendre possession de son diocèse par le fait d'un schisme local. Voir E. DE MOREAU, *Histoire de l'Eglise en Belgique*, t. IV, Bruxelles 1949, p. 58.

⁵⁴¹⁾ Ms: *brior*.

⁵⁴²⁾ Ms: *illaqueatus*.

⁵⁴³⁾ Au chapitre général de Pérouse, le 25 mai 1482, autorisation était déjà donnée au provincial Gérard Hergarth d'accepter un legs important d'Alexandre de Seraing, chanoine de la cathédrale de Liège, pour la fondation d'un couvent à Liège même. Voir note 501. La fondation définitive du couvent de Liège ne remonte pas avant 1491. Voir N. DE TOMBEUR, *Provincia Belgica...*, p. 163.

capitulo perusino modo assit debita licentia sedis apostolice, que est necessaria pro locis noviter accipiendis. Item de confessione pro ter in anno concessimus absolute.

Ibid.

942

Papie, 25 Maii 1489

Scripsimus conventui brugensi per priorem ipsius conventus magistrum petrum meebele, mandando imprimis ut lector franciscus tisman et frater Iohannes Lefevere nullo modo audeant manere in civitate brugensi, nisi ob aliquam causam rationabilem cum licentia prioris per duos vel tres dies, si vero contrafecerint concessimus priori, ut aliquo modo bono eos in carceribus ponat et hec inhibitio ⁵⁴⁴) sit tantum usque ad capitulum provincie. Item mandavimus, ut si illi duo predicti fratres habeant aliquid contra conventum brugensem seu aliquos fratres in conventu commorantes, ut debeant proponere in capitulo provincie et commisimus, ut ad totum terminetur per lectorem fratrem gerardum et per aliquem alium deputandum per vicarium capituli aut per conventum brugensem. Item quod noluimus ut alique nostre littere ⁵⁴⁵) eis suffragentur nisi fecerimus specialem mentionem de istis nostris litteris. Item mandavimus ut nullus audeat ad nos venire nisi missus a conventu vel nisi primo iverit ad provincialem pro iustitia impetranda. Item mandavimus ut nullus cuiuscumque gradus audeat impignorare cameram suam, qui vero contrafecerit sit ipso facto privatus ipsa camera et similiter, qui eam in pignus acceperit et hoc nisi fiat de consensu prioris. Item ordinavimus, ut nullus cursor promoveatur ad lectoriam nisi prius in conventu brugensi fecerit duas laudabiles disputationes et similiter nullus iuvenis promoveatur ad ordinem sacerdotalem nisi fecerit ad minus coram conventu duas predicationes. Item mandavimus, ut omnes intersint mense comuni in refectorio. Item quod servetur clausura portarum et specialiter dormitorii. Item concessimus fratri Iohanni de mota et fratri Nicolao bueren subpriori ipsius conventus et fratri Antonio ⁵⁴⁶) consilii gratias, quas habent biblici in nostro ordine, dumodo assit consensus prioris. Item concessimus omnibus fratribus in conventu existentibus nostram aucto-

⁵⁴⁴) Ms: *inibitio*.

⁵⁴⁵) Ms: *litteres*.

⁵⁴⁶) Ms: *Antonii*.

ritatem ⁵⁴⁷⁾ pro semel infra quindecim dies a notitia litterarum nostrarum... ⁵⁴⁸⁾. Dedimus eadem [die] litteras supradictis tribus fratribus, videlicet fratri Nicolao suppriori, fratri Iohanni de mota et fratri Antonio consilii cuilibet de [illis] per se qualiter concedebamus sibi gratias et exemptiones, quas in dicto conventu habent biblici dummodo assit consensus conventus et si velit uti dictis gratiis in provincia volumus, quod assit consensus diffinitorii.

Dd 8, f. 65v (76v)

943

Eadem die

Fecimus cursorem fratrem donatianum de fraie in studio lovaniensi ⁵⁴⁹⁾ cum gratiis consuetis etc.

Ibid.

944

Eadem die

Scripsimus provinciali huius provincie, qualiter mirabamur, quod non faceret mentionem de capitulo celebrando et quod timebamus, ne incurreret in censuras. Et si hoc foret, concessimus sibi ut posset absolvi et dispensari et mandavimus ei, ut omnino celebret capitulum in die michaelis proxime futuro et in loco determinato, aliter oporteret eum renunptiare officio, ne incidat in excommunicationem. Et eo casu volumus, quod provincia regatur per visitatores, et si ipsi non assunt regatur per diffinitorem antiquiorem. Item scripsimus quod elegerit diffinitorem et discretum pro capitulo generali.

Ibid.

945

Eadem die

Dedimus litteras ad provinciam istam pro capitulo celebrando. Et in primo loco fecimus vicarium nostrum magistrum Gulielmum de massa nova, in 2° loco magistrum Iohannem de borra, in 3° loco lectorem fratrem gerardum de aquis, his deficientibus recurratur ad diffinitores capituli preteriti secundum ordinem ipsorum. Hec littere fuerunt in forma parva.

Ibid.

⁵⁴⁷⁾ Ms: *auctoritate*.

⁵⁴⁸⁾ Cette phrase ne continue pas.

⁵⁴⁹⁾ Ms: *novaniensi*.

946

Papie, 3 Iunii 1489

Scripsimus provinciali huius provincie, qualiter mictēbamus sibi litteras R.mi episcopi tornacensis et procuratoris ordinis ⁵⁵⁰⁾ super causas fratris Iohannis fevere et hortati sumus eum, ut ipsas intelligeret et ordinaret, ut fiat quod iustum est, et ille littere erant ad nos directe. Item scripsimus, qualiter eramus contenti, ut incorporaret in sua provincia fratrem Iohannem eychorn servatis iuribus sue provincie,

Ibid.

947

Papie, 5 Iulii 1489

Fecimus bachalarium fratrem Iacobum rarepp ⁵⁵¹⁾, nolentes tamen quod possit facere actus suos neque incorporari in aliqua universitate usque ad capitulum generale inclusive et hortati sumus eum ut maneat arimini usque ad illud tempus ad instanciam nostram et conventus illius.

Ibid.

948

Papie, 6 Iulii 1489

Locavimus fratrem modestum in conventu nostro norimberghensi, astringentes priorem seu vicarium ut ipsum retineant et si quocumque casu ibi non esset receptus, concessimus ut possit stare in quocumque conventu nostri ordinis cum beneplacito superiorum illius. Si vero in dicto conventu fuerit receptus, non possit inde discedere sine licentia in scriptis habita prioris aut vicarii.

Ibid.

949

Mediolani, 26 Iulii 1489

Locavimus fratrem franciscum thisman de brugis in conventu nostro romano pro conventuali aut pro membro studii prout voluerint patres ipsius conventus et prior, non assignabamus tamen ei locum lectorie.

Ibid.

950

Padoue, 8 Aug. 1489

Declaravimus qualiter fecimus bachalarium fratrem Iacobum ra-

⁵⁵⁰⁾ Gratien de Foligno était alors économe général de l'Ordre. Voir J. LANTERI, *Eremiti sacri*, t. II, Rome 1875, p. 230.

⁵⁵¹⁾ Voir aussi à son sujet le doc. 950.

repp, et locavimus eum in studio bononiensi post alios et diximus ei, quod se [non] incorporaret usque ad capitulum et ita promisit, non tamen hoc posuimus in litteris moti suis precibus sed scripsimus priori bononiensi, ut non permicteret eum aliquo modo incorporari ante capitulum nisi haberet alias nostras litteras speciales.

Ibid.

951

Venetiis, 8 Oct. 1489

Locavimus pro studente in conventu nostro avinionensi vel montis pesulani ad suum beneplacitum fratrem Gulielmum alioti, qui venit ad nos cum litteris vicarii provincialis provincie colonie.

Dd 8, f. 66r (77r)

952

Florentie, 4 Nov. 1489

Dedimus litteras magistro Gerardo tylmanni ⁵⁵²), qualiter diligenter examinatis actis capituli visum est maxime propter litteras apostolicas prohibentes provincialatus officium ultra triennium quod electio in magistrum Iohannem godhebsdeel sit invalida et propterea decernebamus eam non tenere, et propterea electio cadebat in eum et ideo eum confirmabamus cum autoritate consueta prioribus provincialibus nostri ordinis et ipsius provincie et in quantum opus est instituebamus eum in provincialem. Et ulterius si difficultas aliqua de provincialatu fieret ad removendum omne scrupulum et ad tollendas omnes cavillationes fecimus ipsum omni modo meliori possibili rectorem seu vicarium provincialis dicte provincie usque ad legitimam celebrationem capituli cum omni autoritate provincialis. Et in eisdem litteris confirmavimus diffinitiones et acta ⁵⁵³) capituli cum clausulis manu nostra appositis. Et hortati sumus ipsum ad pacem et concordiam et bonum regimen etc.

Ibid.

953

Eadem die

Scripsimus manu nostra eidem magistro Gerardo litteras eiusdem tenoris et scripsimus, ut ipse scribat magistro Iohanni et diffini-

⁵⁵²) Gérard Tilman de Hasselt, successeur de Jean Godhebsdeel de Louvain comme provincial de la province de Cologne en 1489-1492. Voir N. DE TOMBEUR, *Provincia Belgica...*, p. 248. On trouvera de plus amples informations sur lui dans la note 446.

⁵⁵³) Ms: *apta*.

toribus, quia nos positi ⁵⁵⁴⁾ in itinere ⁵⁵⁵⁾ non potuimus scribere et quod sperabamus nos mutuo videre in capitulo celebrando papie tempore debito.

Ibid.

954

Eadem die

Confirmavimus acta et diffinitiones capituli huius provincie cum clausulis manu nostra appositis et declaravimus quod nullam promotionem ad bachalariatum acceptabamus, nisi de promotis in aliqua universitate, in qua vigeat studium theologie et maneant in eo et sint apti ad legendum sententias ordinate et legant, nec ad lectoratum nisi de his, qui fuerint cursores et perfecerint tempus, ut ipsi diffinierunt et examinati iuxta additiones nostri ordinis reperiantur idonei.

Ibid.

955

Eadem die

Concessimus fratri Iohanni nepotis de conventu brugensi, bachalario parisiensi, ut possit complere actus seu cursus suos in universitate avinionensi cum propter paupertatem non possit ipsos complere parisiis. Et hoc concessimus salvis semper iuramentis et aliis quibuscumque pertinentibus ad universitatem et conventum parisiensem.

Diffinitores capituli huius fuerunt magister Rodulfus prior coloniensis, magister Iohannes borra, frater Iohannes prior treverensis et aliqui alii.

Diffinitor capituli generalis futuri Magister Iohannes de yperum ⁵⁵⁶⁾.

Ibid.

956

Rome, 29 Nov. 1489

Scripsimus conventui michilinie, qui scripserat nobis suplicando, ut non acceptaremus promotionem fratris laurentii ad bachalariatum multis de causis, qualiter hanc causam commictebamus

⁵⁵⁴⁾ Ms: *possiti*.

⁵⁵⁵⁾ Ms: *tinere*.

⁵⁵⁶⁾ Ce n'était pas Jean d'Ypres (= Jean de Borra ou van Borre) qui était présent au chapitre général à Rome en 1491 en tant que définiteur de la province de Cologne, mais Rodolphe de Cologne. Cf. *An. Aug.* VII, pp. 419, 433.

et ita per litteras easdem commisimus examinanda[m] provinciali et magistro Rodulfo priori coloniensi et magistro Iohanni borre, ut quilibet ⁵⁵⁷) etiam de per se possit examinare ad determinandam eam volebamus, quod etiam comunis consensus ipsorum trium sive presentialiter sive per litteras [adsit] et sicut ipsi determinarent ita habebamus ratum et firmum.

Ibid.

957

Eadem die

Scripsimus conventui Colonie, qualiter acceptabamus et confirmabamus determinationem inter eos factam de fratre Rogerio videlicet, quod non debeat recipi ad conventum sine consensu omnium patrum et declaravimus etiam quod si qua bona habet in conventu illa sint pro usu libero conventus quousque ipse ad conventum recipiatur et similiter declaravimus intelligi de suis complicitibus.

Ibid.

958

Eadem die

Dedimus patentes ad istam provinciam, qualiter pro humanis suspicionibus et motibus imprimendis ordinabamus, quod si quod forte fratres vel conventus indebite senserint se gravari a magistro Gerardo provinciali, ut tollatur labor et impensa veniendi ad nos, possint recurrere ad primos duos diffinitores videlicet ad magistrum Rodulfum priorem Coloniensem et ad magistrum Iohannem borra vel ad alterum ipsorum pro libito ipsius gravati, quibus in his casibus dumtaxat concedebamus nostram auctoritatem et eorum determinationi ipse provincialis stare debeat et hanc potestatem commissariam volebamus durare inclusive usque ad capitulum generale vel usquequo aliter per nos provisum fuerit. Et etiam ordinavimus cum consensu R.mi D. protectoris.

Dedimus etiam litteras ipsi magistro Gerardo provinciali, qualiter dedimus istas litteras suprascriptas ad provinciam et hortati sumus eum ad humilitatem et iustitiam et bonum exemplum. Item scripsimus, qualiter nolebamus quod littere, quas dedimus ut bachelarius frater Iohannes nepotis possit complere actus suos sibi suffragentur, quia cognovimus quod decepti fuimus et propterea man-

⁵⁵⁷) Ms : *quillibet*.

davimus ei ut illas nostra autoritate revocaret quousque melius super hoc ab eo essemus informati et nos aliter scripserimus.

Ibid.

959

Eadem die

Dedimus patentes ad conventum Colonie, qualiter munibamus eum specialibus gratis pro conservatione vite regularis, ut possit ad tempora longiora proficere, cum ad hoc per magnificum consulatū fuerimus ⁵⁵⁸⁾ requisiti. Et imprimis mandavimus provinciali et omnibus patribus provincie et conventus illius, ut debeant inviolabiliter conservare, ad quod efficiendum instituimus et fecimus in ipso conventu vicarium provincialis, id est vices eius gerens, magistrum Rodulfum priorem coloniensis conventus, qui etiam persistat in eadem autoritate si cederet prioratui et dedimus sibi autoritatem instituendi priorem secundum leges nostri ordinis, visitandi, corrigendi, excommunicandi, absolvendi etiam ab omnibus, a quibus nos absolvere possemus et simul dispensandi quoad fratres in dicto conventu persistentes, et omnia et singula faciendi, que possunt et soliti sunt facere provinciales in suis provinciis. Item concessimus quod si qui forte fratres vel conventus voluerint se reformare et eidem locum tenenti provincialis se aggregare dummodo id fiat in veritate, concessimus quod id absque contradictione alicuius nostri inferioris facere valeant. Et si casu ipse magister Rodulfus decesserit vel ipsi officio nostre comissionis cesserit, ille qui fuerit prior dicti conventus coloniensis eadem autoritate fungatur. Declaravimus tamen quod saltem semel in anno, si provincialis visitare voluerit, honorabiliter recipiatur et eidem sine diminutione debita collecta solvatur. Et ipse provincialis valeat ipsum conventum visitare assumptis secum duobus ex principalioribus patribus conventus non tamen valeat aliquem in conventum introducere vel remove sine consensu ipsius locum tenentis, neque ipsum locum tenentem privare aut corrigere ⁵⁵⁹⁾ valeat, nisi prius nobis significaverit de corrigendis et habuerit super id nostra responsa et ostenderit ipsi corrigendo. Et idem dicimus de aliis locis et conventibus, qui se aggregaverint. Declaravimus etiam quod ipse conventus Coloniensis et quicumque alius se ei aggregaverit possint ire ad capitula provincialia sicut hactenus observatum est cum voce activa et passiva et ita recipiantur. Et

⁵⁵⁸⁾ Ms: *fueribūs*.

⁵⁵⁹⁾ Ms: *corigere*.

postremo hortati sumus ipsum conventum ad veram observantiam vite regularis.

Dd 8, f. 66v (77v)

960

Rome, 30 Nov. 1489

Concessimus fratri Iohanni boors⁵⁶⁰), ut non possit cogi ad aliquod officium ordinis cum cura neque sine cura sine sua voluntate⁵⁶¹) et similiter concessimus, ut possit comedere in cella sua cum sibi serviente habita portione consueta patribus sibi similibus absque contradictione nostri inferioris. Item concessimus, ut possit semel in mense in foro conscientie absolvi nostra auctoritate.

Dd 8, f. 66r (76r)

961

Rome, 7 Dec. 1489

Concessimus fratri Gothfredo win⁵⁶²), priori conventus lovanien-sis, ut possit incorporari in universitate lovanie et complere actus suos usque ad magisterium exclusive et sic pro bachalario eum ibi-dem locavimus.

Dd 8, f. 66v (77v)

962

Rome, 2 Dec. 1489

Scripsimus provinciali commendando Iohannem Kopman, ut utatur servitiis suis sicut soliti sunt predecessores sui et ad hoc etiam astrinximus eum quia aliter imponeret nobis magnum onus.

Ibid.

963

Rome, 18 Dec. 1490 (= 1489)

Misimus ad conventum nostrum urbevetanum fratrem franciscum tysman commendando eum etc.

Ibid.

964

(Rome, 18 Dec. 1490 (= 1489)

Scripsimus priori conventus suesse⁵⁶³), qualiter mictebamus ad

⁵⁶⁰) Jean Boors (Boor, Boers), lecteur en théologie (voir doc. 650), était, en 1470 à 1478, prieur à Hasselt et en 1484-1488, prieur à Malines. Il mourut en 1493 en son couvent de Hasselt. Voir N. DE TOMBEUR, *Prov. Belg. descriptio*, ms. t. IV, pp. 321-326 et LAMBERTUS a S. JOANNE, *Chronicon*, p. 42.

⁵⁶¹) Ms: *volunta*.

⁵⁶²) Ms: *uwin*.

⁵⁶³) Le couvent de Sessa appartenait à la congrégation de S. Jean de Car-bonara (Naples).

eum fratrem modestum, quia ipse id suplicavit, cum esset filius professus illius conventus et propterea hortabamur, ut eum reciperet in domino et pertractaret in caritate et parceret, si quovismodo offenderit congregationem aut conventum, quia dominus precepit non solum septies, [sed] septuagies septies remitti iniurias.

Dd 8, f. 243r (259r)

965

Rome, 11 Ian. 1490

Concessimus licentiam fratri Enricho de ciricceis ⁵⁶⁴), quod posset ire ad videndum matrem suam et redire ad conventum viterbiensem, commendantes eum provinciali provincie, cui volebamus quod se presentaret vel alicui priori, si esset sibi magis comodum, subicientes eum provinciali predicto in omnibus sicut alii fratres provincie subditi erant, ad quem volebamus pertinere dare licentiam dicto fratri henrico standi in domo materna prout vidisset expedire.

Dd 8, f. 66v (77v)

966

Rome, 2 Martii 1490

Concessimus fratri modesto alamanno, ut possit deservire cuidam ecclesie S. Marie in terra itri ⁵⁶⁵), habita licentia ordinarii et servata ordinis honestate et quod subiciatur correctioni prelatorum provincie huius ⁵⁶⁶) et vicarii sancti Iohannis de carboneto et concessimus, ut cum comode fratres nostros habere non poterit, possit confiteri cuicumque sacerdoti.

Dd 8, f. 243v (259v)

967

Rome, 15 Martii 1490

Notificavimus provinciali huius provincie die 15 martii, quod non fit capitulum generale tempore debito prout aliis etc.

Dd 8, f. 66v (77v)

968

Rome, 23 Apr. 1490

Remisimus absolutum fratrem Iohannem victoris, qui discesse-
rat a conventu suo maguntinensi, ut iret ad congregationem fratris
Andree proles, ad provinciam suam ⁵⁶⁷), cui etiam concessimus, ut

⁵⁶⁴) Zierikzee en Zélande.

⁵⁶⁵) Itri près de Formia.

⁵⁶⁶) Provincia Terrae Laboris ou province de Naples.

⁵⁶⁷) Province de Rhénanie et de Souabe.

possit manere in dicta congregatione et mandavimus patribus ipsius congregationis et vicario, ut ipsum reciperent ⁵⁶⁸) volentem bene vivere et si antequam intraret ipsam ⁵⁶⁹) congregationem vellet ire ad conventum suum seu ad conventum colonie, etiam concessimus ei.

Dd 8, f. 196v (212v)

969

Rome, 25 Apr. 1490

Concessimus fratri Alberto de Colonia, quia exposuit se revocatum a provincia et promotum ad gradum cursorie, ut revertatur ad provinciam suam et quod presentet se patribus provincie et sicut ipsi de gradu cursorie dumtaxat de eo disposuerint, ita habemus ratum et firmum.

Dd 8, f. 66v (77v)

970

Rome, 5 Maii 1490

Scripsimus provinciali huius provincie exhortando ipsum ad bonam vitam et concessimus sibi agravando conscientiam suam, ut faceret lectorem quemdam qui studuit lovanie, si esset sufficiens, aliter non quem ipse postulavit et scripsimus, ut miceret collectam.

Ibid.

971

Rome, 6 Maii 1490

Concessimus litteras confraternitatis societati Sancti Iacobi de de harlemensi ⁵⁷⁰).

Ibid.

972

Rome, 2 Dec. 1490

Scripsimus provinciali sub precepto, quod cum vocalibus ordinariis omnino veniret Romam ad capitulum generale et quod de lectoribus, quos petebat reservabamus capitulo generali. Et quod receperamus collectam de qua quitantiam ei mittebamus etc.

Ibid.

⁵⁶⁸) Ms: *reciperet*.

⁵⁶⁹) Ms: *ipsa*.

⁵⁷⁰) La gilde de Saint-Jacques à Haarlem laissait, par acte du 6 août 1494, aux Augustins de la congrégation de Saxe, installés solennellement dans la ville par les autorités civiles et religieuses, l'église Saint-Jacques avec quelques maisons afin d'y fonder un couvent. Voir Th. KOLDE, *Die deutsche Augustiner-Congregation und Johann von Staupitz*. Gotha 1879, pp. 34-35 ainsi que les notes 521 et 582.

973

Rome, [Ian.] 1491

Scripsimus provinciali, quod remitteret fratrem petrum de hervordia ad suum provinciale provincie Saxonie et quod non retineret eum in provincia sine litteris visis dicti provincialis et quod non credebamus concessisse sibi posse absolvere apostatas aliarum provinciarum nisi forte falsa suggestione.

Ibid.

974

Rome, 9 Febr. 1491

Precepimus provinciali in meritum sancte obedientie et sub pena solutionis de proprio, ut caperet quemdam fratrem Iohannem de conventu vallis sancte Marie et ipsum incarceraret nec eum inde extraheret sine licentia nostra. Quia habetur quod furatus est quemdam mulum et certas pecunias in Conventu nostro de Tuscanella⁵⁷¹).

Dd 8, f. 67r (78r)

975

Rome, 19 Martii 1491

Privavimus fratrem petrum locenman Brugensem omni studio Italie propter scandalum factum Florentie. Item comisimus provinciali una cum diffinitoribus capituli provincialis vel 4^{or} ex patribus provincie. si diffinitores comode haberi non possent, ut secundum suum iudicium ad alia studia ipsum mitterent vel non mitterent. Item mandavimus ei ut litteras nostras clausas consignaret provinciali et diffinitoribus. Sed si provincialis nimis distaret vel diffinitores, legerentur coram priore et sacerdotibus conventualibus sui conventus et ipsi de studio suo disponerent. Item mandavimus sibi sub pena carceris, ut Florentiam non intraret nec ibidem maneret.

Ibid.

976

Eadem die

Privavimus fratrem Henricum Mechilienensem omni studio propter easdem causas, cum omnibus hiis ut supra continetur, etc.

Ibid.

⁵⁷¹) Le même ordre fut donné aux provinciaux de Provence (Dd 8, f. 157r - f. 167r) et de Rhénanie (Dd 8, f. 197v = 213v). Dans ces textes pratiquement identiques, « in nemore » a été ajouté au nom du couvent de Marienthal. Voir également Dd 8, f. 174v: « Rome, 4 Iulii 1491. Commisimus magistro Petro Iacobo de Tuscanella, provinciali provincie Romane, ut auctoritate nostra possit cogere ad satisfactionem furti facti sibi et conventui Tuscanelle fratrem Iohannem de con-

977

Rome, 22 Martii 1491

Concessimus licentiam fratri Mathie Eichman de Colonia, ut possit ire ad provinciam suam et ad provincialem suum, commendatum ipsum facientes ipsi provinciali etc.

Ibid.

978

Rome, 1491 ⁵⁷²⁾

Posuimus pro studente per biennium in conventu nostro Coloniensi fratrem petrum Bermgusen de conventu Herfordensi.

Dd 8, f. 221r (237r)

979

Rome, 27 Maii 1491

Promovimus fratrem Albertum cursorem ad gradum lectorie in studio nostro Coloniensi.

Dd 8, f. 67r (78r)

980

Eadem die

Promovimus fratrem Rainerum cursorem ad gradum lectorie in eodem studio.

Item promovimus fratrem Lodovicum de Aquis cursorem ad gradum lectorie in eodem studio.

Item promovimus fratrem Guillelmum de Aquis cursorem ad gradum lectorie in eodem studio.

Item fratrem Iacobum spikinc cursorem promovimus ad gradum lectorie in studio nostro Lovaniensi.

Item concessimus gratias lectorum priori Aquensi fratri Tilmanno de Arville ⁵⁷³⁾.

Item concessimus gratias lectorum fratri petro Aoid, subpriori Middelburgensi ⁵⁷⁴⁾.

ventu sancte Marie in nemore, provincie Colonie, et eum incarcerare non extrahendum sine licentia nostra ». Voir *An. Aug.* VIII, p. 40.

⁵⁷²⁾ La date exacte manque mais dans le manuscrit Dd 8, ce document apparaît entre le 26 mai et le 7 juin 1491.

⁵⁷³⁾ Tilman d'Arweiler (= Ahrweiler) fut pendant plus de trente ans prieur de son couvent d'Aix-la-Chapelle, où il mourut en 1505 « postquam scripserat unum Antiphonarium et unum Graduale in membrana, quibus adhuc hodie utimur ». Cf. N. DE TOMBEUR, *Prov. Belg. descriptio*, ms. t. IV, p. 281.

⁵⁷⁴⁾ Ms: *Meldeburgensis*.

Item concessimus licentiam fratri Iohanni Scainckern utendi bonis sibi ab ordine concessis salvo inventario priori suo tradendo.

Ibid.

981

Rome, 28 Maii 1491

Licentiavimus ad Magisterium Bachalarium fratrem Iacobum Gaf de Dordraco peractis actibus sui bachalariatus in quacumque universitate sibi placuerit.

Eadem die dedimus licentiam lectorandi Bononie fratri Adriano de dordraco.

Eadem [die] concessimus licentiam lectorandi in conventu nostro Bononiensi fratri Thome Iupen⁵⁷⁵).

Eadem die dedimus licentiam fratri Henrico Minnen lectorandi in conventu paduano nostro.

Hii omnes fuerunt promoti in capitulo nostro generali Rome.

Ibid.

982

Rome, 30 Maii 1491

Posuimus in conventu et studio nostro Bononiensi studentem de gratia fratrem Antonium de prato.

Ibid.

983

Rome, 31 Maii 1491

Posuimus pro studente in conventu nostro Bononiensi fratrem Simonem Stapel etc.

Ibid.

984

Rome, 4 Iunii 1491

Misimus litteras ad capitulum provinciale celebrandum anno futuro, in quibus in primo loco fecimus vicarium nostrum Magistrum Landulfum But, priorem Coloniensem. In 2° loco fecimus Magistrum Petrum Meebele⁵⁷⁶). In 3° loco lectorem fratrem Girardum de Aquis.

Ibid.

⁵⁷⁵) Thomas Jaupen du couvent de Hasselt. Devenu prieur à Liège en 1505, il se consacra à la construction du nouveau couvent. Décédé comme prieur de Liège le 22 mars 1529. Détails abondants dans N. DE TOMBEUR, *Prov. Belg. descriptio*, ms t. III, pp. 504-508 et J. MANTELIUS, *Hasseletum sive ejusdem opidi descriptio*. Louvain 1663, p. 138, qui fixe la date de sa mort en 1527 et l'appelle à tort le premier prieur du couvent de Liège.

⁵⁷⁶) Ms: *Bembele*.

985

Rome, 20 Iunii 1491

Scripsimus Magistro Ghirardo Tilmandi, provinciali, concedentes ei licentiam, ut possit facere duos fratres provincie sue lectores, ita quod si sint de gratia sciant verbum dei predicare, si actuales⁵⁷⁷⁾ sint sufficientis litterature. Item voluimus, ut auctoritate nostra possit exigere expensas a conventibus provincie pro hiis, qui venerunt ad capitulum generale Rome nuper celebratum.

Ibid.

986

Eadem die

Dedimus litteras patentes Magistro Landulfo, priori Coloniensi, in quibus primo sibi commisimus, quod de domina Iuliana professa in Monasterio Monialium Memmingen, quia asseritur pati quosdam graves defectus, ut disponat secundum conscientiam prout sibi videbitur fore oportunum. Item commisimus eidem precipiendo sibi in meritum sancte obedientie, ut cum omni diligentia conaretur reducere ad bonam concordiam controversiam, que versatur inter provincialem provincie Saxonie et fratrem Andream proles circa conventus reformatos vel alios, quos⁵⁷⁸⁾ eximit a provincia. Item commisimus divisim vel coniunctim ei et provinciali et lectori Ghirardo Aquensi, ut si duo sint ex his concordantes cum potestate terminandi terminent causam, que versatur inter⁵⁷⁹⁾ conventum Treverensem et quosdam cives illius civitatis propter quoddam testamentum et conventum ipsum habeant reformare. Item commisimus capitulo provinciali et patribus conventus Colonie, ut si frater Henricus leniego esset sufficiens, promoverent ipsum ad lectoratum.

Ibid.

987

Rome, 20 Iunii 1491

Precepimus in meritum sancte obedientie per litteras nostras patentes Magistro Landulfo, priori Coloniensi, ut concordaret controversiam, que versatur inter provincialem videlicet Magistrum Henricum scal et fratrem Andream proles circa conventus provincie, quos⁵⁸⁰⁾ ipse devolvit ad congregationem suam, et super hoc etiam dedimus litteras ad ipsum provincialem et fratrem Andream proles.

Dd 8, f. 221v (237v)

⁵⁷⁷⁾ Ms: *auctuales*.⁵⁷⁸⁾ Ms: *quo*.⁵⁷⁹⁾ Ms: *in*.⁵⁸⁰⁾ Ms: *quo*.

988

Rome, 30 Iunii 1491

Dedimus licentiam fratri Iohanni resen de Magdeborch rever-
tendi ad congregationem suam vel standi in provincia Saxonie, vel
in conventu Coloniensi, vel si noluerit ire ad Alamaniam fuimus con-
tenti, quod posset stare in quocumque loco ordinis nostri, ut sibi
videbitur de consensu illius prioris, in cuius conventu voluerit stare.

Ibid.

989

Rome, 18 Nov. 1491

Scripsimus ad provincialem provincie colonie, qualiter recepe-
ramus litteras eius et ducatos xxiii^{or} de camera pro Collecta. Et quod
non videbatur nobis posse fieri dilationem capituli propter bullas
apostolicas, que sunt in contrarium. Et quod ipse melius nosset,
quam nos an sit expediens. Et quod videbatur nobis potius esse de-
sistendum, si esset cum aliquo gravamine provincie et conventuum,
nisi forte necessarium esset specialiter visitare aliquem conventum.
Et ex quo non fuit facta aliqua provisio de Regente studii Iovaniensis
nisi usque ad capitulum provincie, quod videbatur nobis quod talis
provisio differri [potest] usque ad capitulum ipsum et tunc provin-
cia provideret vel de eodem, si ipse non fuerit vel de alio, si ipse
fuerit prior, quia non intendimus quod aliquis qui sit prior, possit
esse regens, licet toleraverimus de eo, qui nunc est. Et quod in-
venimus in registro, quod priori conventus colonie concessum fuit,
quod vices gereret provincialis in ipso conventu, salvo tamen honore
provincialis. Et nonnullae alie gratie fuerunt eidem concesse prout
per nostras patentes ad prefatum conventum potest satis innotescere
cuilibet.

Dd 8, f. 67v (78v)

990

Rome, 16 Martii 1492

Commisimus vicario, provinciali, et diffinitoribus capituli pro-
vincie colonie proxime celebrandi differentiam conventus dordra-
censis cum lectore fratre Iohanne de mechlinia⁵⁸¹⁾ super erectione
cuiusdam conventus⁵⁸²⁾.

Ibid.

⁵⁸¹⁾ Jean de Malines, appelé aussi « de Osbach alias Rathem » (= Orsbeck, et Ratheim près de Wassenberg) d'après sa terre natale, fut, alors qu'il était prieur du couvent de la Congrégation de Saxe d'Enkhuizen, immatriculé à l'université de Wittenberg en 1507, et promu docteur en théologie en 1511. En 1520-

991

Rome, 27 Martii 1492

Precepimus Magistro Iacobo de dordraco ⁵⁸³), ut restituat magistro Landulpho de colonia ducatos xx, quos prestitit, et hoc sub pena privationis magisterii et camere.

Ibid.

992

Rome, 11 Maii 1492

Hortati sumus et monuimus Magistrum Iacobum de Dordraco, ut satisfaciat fratri honorio lectori de Briscia de certis pecuniis, quas predictus Magister illi debet, alias procedemus contra eum etc.

Ibid.

993

Rome, 2 Iunii 1492

Commisimus Priori coloniensi, quod si frater Iohannes de Wesalia cursor fuerit per Capitulum provincie acceptatus pro lectore, sibi auctoritate nostra conferat gradum predictum ; servatis servandis de lectionibus in logica, philosophia et Theologia et aliis consuetis iuxta nostri ordinis instituta. Et quod si vult locet eum in studio coloniensi.

Ibid.

994

Rome, 6 Iunii 1492

Commisimus Magistro Ghirardo provinciali et Magistro Landulfo

1521 il est signalé comme prieur de Dordrecht et en 1522 comme vicaire général de la Congrégation des Observants des Pays-Bas, séparée et indépendante de la Congrégation de Saxe. Pour plus de détails, consultez A. DE MEIJER, *Adriaan Florisz. van Utrecht in zijn contacten met de Augustijnen*, dans *Archief voor de geschiedenis van de Katholieke Kerk in Nederland* 2 (1960), 7, 12.

⁵⁸²) Avec le « certain » couvent qui vient d'être érigé, on sous-entend le couvent de Haarlem. La population urbaine désirait un couvent d'Augustins dans ses murs et s'était, dans ce but, adressée à celui de Dordrecht, dans le district terminal duquel Haarlem se trouvait. Il semble y avoir eu effectivement des pourparlers à ce sujet, mais comme la discipline claustrale à Dordrecht laissait à désirer, on se tourna vers la Congrégation de Saxe. Dordrecht s'éleva contre l'érection d'un couvent d'Observants dans les limites de son district terminal. Ce n'est qu'en 1496 que fut apaisée la controverse (voir doc. 1015). Le 6 juin 1492, le général de l'Ordre institua une commission présidée par le provincial de Cologne (voir doc. 994) et à qui était confié le soin de pourvoir le nouveau couvent de Haarlem en maisons terminales. On en déduit que déjà alors le couvent était en construction. Voir ci-dessus les notes 521 et 570.

⁵⁸³) Ms: *dordegho*.

priori Coloniensi et fratri Ghirardo de Aquisgrano, ut provideant nostro conventui herlemensi de terminis et questis pro fratrum necessitate et loci conservatione. Et mandavimus ut consignent dicto conventui quatuor de terminis conventus Dordracensis cum ipse locus sit edificatus et satis habundet. Et quod si quis horum ex aliqua causa non posset interesse reliqui possint alium assumere loco eius.

Ibid.

995

Rome, 7 Iunii 1492

Concessimus fratri Iohanni de Delft gratias lectorales.

Ibid.

996

Rome, 28 Iulii 1492

Scripsimus provinciali huius provincie committentes ei nonnulla sub hac forma. Littere vestre quamvis prolixae et quamvis plene amaritudinibus tamen pro ordine suo et doctrina vestra nequaquam ad legendum mihi moleste fuerunt. Eis vero perlectis et consideratis, quantum ad controversiam prioratus conventus dordracensis, ita discernimus procedendum, ut auctoritate nostra unum locumtenentem prioris cum plena auctoritate prioratus in ipso conventu constituas, qui non sit de aliquo parte ipsius controversie, sed sit homo indifferens et alterius conventus qui regat conventum ipsum auctoritate unius prioris et si vultis auctoritate vestra, ita quod gerat vices vestras usque ad capitulum provincie vestre. Et interim frater baldevinus olim prior ⁵⁸⁴) et magister Iacobus nuper electus inducantur ad renunciationem omnis iuris prioratus, si quod habent vel si hoc facere renuerint auctoritate nostra absolvatis a prioratu fratrem baldevinum propter excessus in prioratu et post prioratum perpetratos, qui tibi noti sunt. Et magistrum Iacobum similiter absolvatis propter electionem de ipso factam dubiam, et ipsi conventui periculosam. Et post hoc ante capitulum tamen vicarius conventus per nos constitutus de quo supra dictum est, convocet omnes fratres conventuales ipsius conventus dordracensis sive maneant in conventu sive extra assignato eis termino competenti ad veniendum ad eligendum priorem et ille qui canonice electus fuerit alias etiam idoneus secundum iura ordinis nostri per diffinitorium capituli provincialis inmediate

⁵⁸⁴) Balduinus Stapel de Texalia (= Texel en Zélande), prieur à Dordrecht. Voir note 400.

de proximo celebrandi prior instituatur ⁵⁸⁵) et confirmetur. Illi vero fratres quicumque in magistrum Iacobum supradictum et in suppriorum manus violentes iniecerunt quorum absolutionem tibi committimus ultra alias penitencias secundum tuam discretionem inponendas maneant privati voce activa et passiva usquequo per generale capitulum cum eis fuerit dispensatum. Et hec sunt que circa controversiam prioratus dordracensis decernimus observanda. Committentes nihilominus tibi ut si qua alia circa ipsum prioratum dubia emergerint tu auctoritate nostra quam in hoc tibi per presentes concedimus valeas determinare. Quantum vero ad celebrationem [f. 68r (79r)] capituli provincialis provincie vestre volumus, quod omnino suo tempore fiat rationabilibus causis non moventibus. Certe diligimus vos et bene edificati sumus de regimine vestro, sed celebrationem capituli quam ipsius prorogationem iudicavimus magis expedire. Si autem aliqui non contenti forsitan suprascripta determinatione nostra de prioratu dordracensi et penitentiis et ceteris supradictis ad nos venire voluerint, hortamini eos ex parte nostra, ut non frustra laborent, sed cum omni humilitate per nos ordinata complectantur. Hortamur postremo caritatem tuam, ut tamquam bonus pater utramque partem coneris ad pacem reducere, etiam ex parte nostra eos ad concordiam et vitam religiosam exortando.

Dd 8, f. 67v-68r (78v-79r)

997

Rome, 16 Nov. 1492

Concessimus fratri Iohanni de Langen, ut posset stare in conventu Coloniensi.

Dd 8, f. 198r (214r)

998

Rome, 11 Dec. 1492

Confirmavimus acta capituli celebrati in conventu nostro assensu 23 octobris sub tali forma : Nos frater Anselmus de montefalcone, prior generalis etc. Acta et diffinitiones suprascriptas in sex foliis approbamus et confirmamus cum clausulis nostra manu appositis, committentes provinciali, cuius conscientiam oneramus, ut si qua in eis a recto et iusto exorbitantia [viderit] ea emendet ac reformet. Anno domini etc. in nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

Dd 8, f. 68r (79r)

⁵⁸⁵) Changé par une main postérieure en : *constituatur*.

999

Eadem die

Confirmavimus in provincialem electum magistrum landulphum both ⁵⁸⁶) per litteras patentes cum gratiis consuetis et multis monitionibus hortati sumus ipsum ad reformationem provincie.

Ibid.

1000

Rome, 7 Martii 1493

Comisimus predicto provinciali magistro Landulpho, quod si verum est, quod fuerint rigore examinati et sufficientes reperti 4^{or} cursores existentes in studio et universitate lovaniensi, ut faciat eos lectores, mandavimus etiam sibi sub pena inobedientie, ut ab omnibus conventibus sue provincie ubi repererit conversationem mulierum ammoveat etc.

Ibid.

1001

Rome, 14 Iulii 1493

Remissimus absolutum fratrem Bolterum ad provincialem suum, ut ei provideat de bono conventu et dedimus ei terminum presentandi se suo provinciali per sex menses, sed si prior conventus vexalie vult eum retinere, nolumus quod teneatur presentare se provinciali et hoc 1493 et die 14 iulii.

Ibid.

1002

Rome, 1493 ⁵⁸⁷)

Remissimus fratrem Iohannem hose ad suum provincialem, ut collocaret eum in aliquo studio.

Ibid.

1003

Rome, 23 Iulii 1493

Quia dictus frater Iohannes perdidit dictam litteram, fecimus sibi unam aliam etc.

Ibid.

1004

Apud s. Antonium de Busco prope Stagiam,
18 Aug. 1493

⁵⁸⁶) Voir sur lui la note 503. Celle-ci donne le 26 janvier 1492 comme étant la date de son élection au provincialat. En fait, le chapitre de Hasselt l'a élu le 23 octobre 1492 et pas le 26 janvier. Au lecteur de bien vouloir corriger cette erreur.

⁵⁸⁷) La date manque. Voir le document suivant.

Dedimus literas nostras responsivas ad Civitatem gandensem petentem reformationem illius conventus et promisimus ante festum resurrectionis domini proxime futurum illud facere fieri per provincialem provincie etc.

Ibid.

1005

Ibidem, 17 Aug. 1493

Mandavimus [provinciali] huius provincie, ut communicato Consilio cum patribus provincie debeat reformare conventum nostrum gandensem ad regularem vitam ante tempus resurrectionis domini, quod si non fecerit ante dictum tempus, promiximus illud facere fieri per vicarium provincie saxonie etc.

Ibid.

1006

Rome, 13 Maii 1494

Scripsimus provinciali huius provincie et notificavimus ei capitulum fiendum et vocavimus eum ad illud cum debitis vocalibus statuto tempore, manu propria.

Ibid.

1007

Rome, 18 Maii 1494

Iterum per literas speciales mandavimus provinciali, quod veniret ad capitulum generale cum debitis vocalibus statuto tempore et notificavimus ei de loco et tempore.

Ibid.

1008

Rome, 19 Febr. 1495

Fecimus cursorem fratrem Gregorium de Iovanio⁵⁸⁸) tunc florentie studentem hac tamen conditione, ut non prius exerceret gradum cursorie, quam pervenisset ad provinciam suam.

Ibid.

1009

Rome, 8 Martii 1495

Dedimus literas provinciali de prolongatione capituli generalis 1496.

Ibid.

⁵⁸⁸) Grégoire de Louvain = Grégoire Varentus (van de Varent) assumpta de 1507 à 1529 la fonction de prieur en son couvent de Louvain, où il mourut le 4 mars 1529. Voir J. WILS, *Obituaire*, p. 369.